

condempnationum factarum ex ¹⁾ dictis acusis, et adhibeatur eidem domino militi fides de dictis (causis) acusis. ¶ Qui saltarii vel ad minus duo ipsorum acusare debeant quos invenerint dare dampnum in eorum saltariis contra formam statutorum Tergesti, et incidentes ligna, ea die vel sequenti qua 5 invenerint, sub pena centum sold. par.; aliter acuse per eos facte sint ipso iure nullius valoris, videlicet si non fecerint ea die vel sequenti. Qui saltarii non debeant custodire ultra ²⁾ viam Rîcmagnie nec acusare fatientes dampnum ultra dictam viam. ¶ Salvo quod saltarii Berde custodire debeant vineas 10 hominum et habitatorum Tergesti ad Berdas, et a rivo Gassi citra versus vallem Mucho, et ad terenum Cereti comunis, et acusare dantes // dampnum, et eorum acusis adhibeatur plena 50 B fides, et habeant tertiam partem omnium condempnationum factarum occasione eorum acusarum. ¶ Et si aliqua persona 15 opponeret contra aliquem saltarium sive eius acusas quod talis saltarius non possideret bona fixa valentia ultra ducentas libr. par., tunc per dominium mittantur extimatores comunis ad extimandum dicta bona fixa ipsius saltarii, et si dicta bona extimarentur esse minoris valoris ducentarum libr. 20 par., tunc ipsa acusa per eum facta sit nullius valoris, et elector talis saltarii cadat ad penam vigintiquinque libr. par.; et si dicta bona extimarentur esse valoris ducentarum libr. par. vel ultra, tunc ipsius acusa sit firma, et persona opponens predicta cadat ad penam centum sold. par. et refitiat expensas 25 factas dicta de causa. ¶ Et antequam tales saltarii sic confirmati iuraverint dictum eorum offitium, potestas vel vicarius loco potestatis iudices comunis Tergesti et cancellarii qui pro tempore fuerint, facere debeant et tenea[n]tur debitam inquisitionem de eisdem saltariis sic confirmatis, videlicet si possi- 30 deant ³⁾ bona fixa valentia ultra ducentas libr. par., et si fuerint etatis triginta annorum, et si fecerint habitationem in civitate Tergesti a viginti annis supra, et hoc sub pena quinquaginta libr. par. pro potestate et vicario loco potestatis et vigintiquinque libr. par. pro quolibet iudice et cancelario, et 35

¹⁾ Aggiunta marginale *ex-adhibeatur.* ²⁾ *ultram.* ³⁾ *possidere.*